anularia sua die quaestor sine dilatione adnumerare curabit. *(Deinde in pilis adiunctis perscripta sunt nomina LXIV*[4]*, in his)* (6—11) Q. Semp. Felix, | ! ! ! ! ! ! ![5] | P. Ael. Macrin. | L. Val. Ianuarius, | C. Iul. Longinia., | M. Anto. Silvanu.[6]; (22—25) 7[7] L. Cornelius Cato, | M. Valerius Speratus, | L. Aemilius Calianus cor., | T. Flavius Surus act. leg.; (29, *vel* 44) [*L. Eg*]natius Myro.[8]

Lambaesi rep., hemicyclium cum pilis duabus, est Parisiis (VIII 2554 vidit Wilmanns). — 1) *Quaestore, scil. collegii optionum.* — 2) *De hac spe optionum cf. N. 2441.* — 3) *De anulario cf. N. 2438 not. 7.* — 4) *Scilicet si connumeramus nomen erasum loco septimo.* — 5) *Nomen unum erasum.* — 6) *Quinque hi optiones aliquanto postea posuerunt titulum N. 2446.* — 7) *Significatur hunc postea factum esse centurionem.* — 8) *Idem est Myro qui memoratur supra ut quaestor.*

2446 [*ta*]bular[*i*]um princi[*pis cum ima*]g. | d[*om*]us divinae option[*es coh. pri*]mae[1] de suo feceru[*nt*]: | Q. [*Semp*]ronius Felix p. p.[2], P. Aeli[*us Macrinus p*]rinc.[3], | L. [*Vale*]rius Ianuarius has.[4], C. Iu[*l. Longinian. pr.*] pos.[5], C. [*Ant*]onius Silvanus has. pos[*t.*].[6] *(In pila sinistra intuenti)* tabulari|um princ. | [*c*]um imag. domus di|vinae r[*e*]|novatum | ab Ulpio | [*A*]ntonin[*o* | *p*]rinc., e[*t*] | option[*es*] | coh. pr[*im.*] | et adiut.[7] | de suo f[*e*]|cerunt: | M. Aureli|us Aureli|anus p. p.[8], | *(in pila dextra)* M. Aurel. | Terentius | pr. pr.[9], C. Ma|nil. Donatus | has. pr.[10], Q. Ae|butius Satur|ninus pr. pos.[11], | M. Aurel. Li|cinius has. | pos.[12]; | C. Iul. Satur|ninus, C. | Iul. Numi|dius lib. | princ.[13]

Lambaesi, hemicyclium cum pilis duabus (VIII 2555, plenius Eph. ep. 5, 709). Titulus pertinuit ad tabularium legionis tertiae Augustae, dictum tabularium principis, propterea quod princeps (sive princeps praetorii), inter centuriones cohortis secundus (cf. supra N. 2283 not. 4), eius curam agebat. — 1) *Iidem quinque optiones eodem ordine enumerantur inter optiones qui scholam fecerunt, supra N. 2445, sed non primis locis, verum post quinque alios. Apparet hunc titulum incisum esse aliquanto post N. 2445, cum hi homines successissent in locos quinque illorum promotorum aut defunctorum. In cohorte prima quinque tantum optiones fuisse ex his titulis satis intellegitur.* — 2) *Primi pili,* 3) *principis,* 4) *hastati,* 5) *principis posterioris,* 6) *hastati posterioris (scilicet optiones). Cf. Mo. eph. ep. 4 p. 231 seq.* — 7) *Adiutor, scilicet principis (cf. N. 2448).* — 8) *Primi pili,* 9) *principis prioris,* 10) *hastati prioris,* 11) *principis posterioris,* 12) *hastati posterioris (scilicet optiones); postremus inter hos, M. Aurelius Licinius, optio hastati posterioris, nominatur etiam in titulo pertinente ad diem 22 Oct. anni 253 supra N. 531, sed una cum alio optione principis; unde apparet hanc partem tituli, pertinentem ad renovationem tabularii, scriptam esse non multo post vel non multo ante d. 22 Oct. 253.* — 13) *Librarii principis. Cf. N. 2444.*

2447 Genio | tabul. | princ.[1] | Mine|rvae | Augus.

Lambaesi (Eph. ep. 5, 711 vidit I. Schmidt). — 1) *Genio tabularii principis.*

2448 d. m. s. | L. Sentio Va|leriano vet. | ex adiutore | princ.[1] leg. III | Aug., vixit an. LIII, | L. Sentii Verus | et Victor fili et | her. eius

archive.org